

P R A E F A T I O

causas apud gentiles deprehenderunt defectuum & umbrarum, illi non sine metu proferre ideo easdem apud vulgus promiscuum non audebant, quod aut inanem aut incertam doctrinam profiteri censerentur. Verè igitur magis ingenio tali interpretes ista & argumenti divini repertores fuerunt. Cum in IAMAICA novi orbis insula quadam, illius inventor CHRISTOPHORUS Columbus, quem alij rectius Colonum vocari contendunt, quodam tempore nihil amplius precibus à barbaris incolis, quod ad cibum & vitæ sustentationem pertineret, impetrare posset, alia viam aggressus, iram divinam & πανολεθεϊαν minari cepit, ejusque signum intra paucos dies in luminaribus appariturum prædixit. Respondebat eventus prædictioni physica, & iisdem diebus alterutrum luminare patiebatur Eclipsin. Existimabant igitur Barbari, Columbum esse legatum Dei, & Dei instinctu defectum prænucciassè, ipsique nihil ulterius denegabant. Præterea sicut in hisce motibus describendis